[3] ὑδροχόον V: ὑδριχόον L ‖ [5] ὑδροχόοιο V: ὑδριχόοιο L Marcianus Arati ‖ [6] κεφαλῇ Marcianus Arati ‖ [7] τούτου δ' ἀπορουμένου V: τοῦτο δ' ἀπορῶν L ‖ [8] ὑδροχόοιο V: ὑδριχόοιο L ‖ νέον etiam Marcianus Arati cum scholiasta, cf. *Herm.* XIX p. 102 et 110 ‖ [10] ὑδροχόος V: ὑδριχόος L ‖ [12] ἄρκτους L: ἄρκτον V ‖ ἔχει hoc loco V: post μέρος L ‖ [14] ὑδροχόου V: ὑδριχόου L ‖ [16] πολλοὶ V: παλαιοὶ L ‖ [17] μὴ μετατιθέναι L: μετὰ τὸ τιθέναι V

28. Arietis ortus

Hipparch. II c. 16 p. 1088 D (p. 225 P.) περὶ δὲ τῆς τοῦ Κριοῦ ἀνατολῆς ὁ Ἄρατος λέγων ‚τὰ μὲν δεξιά' φησι ‚τῆς Ἀνδρομέδας οἱ Ἰχθύες' (v. 707—713)

„αὐτοὶ ἐφέλκονται, τὰ δ' ἀριστερὰ νειόθεν ἕλκει
Κριὸς ἀνερχόμενος. τοῦ καὶ περιτελλομένοιο
ἑσπερόθεν κεν ἴδοιο Θυτήριον, αὐτὰρ ἐν ἄλλῃ
Περσέος ἀντέλλοντος ὅσον κεφαλήν τε καὶ ὤμους.
αὐτὴ δὲ ζώνη καί κ' ἀμφήριστα πέλοιτο
ἢ Κριῷ λήγοντι φαείνεται ἢ ἐπὶ Ταύρῳ."

γράφεται μὲν οὕτως ὁ ἔσχατος στίχος· εἰκὸς μέντοι γε ἠγνοῆσθαι τὸ „λήγοντι"· ἐξ ἀρχῆς γὰρ πάντων τῶν ζῳδίων τὰς ἀρχὰς ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ὑποτίθεται καὶ οὐχὶ μεσοῦντα ἢ

λήγοντα· ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων ἄστρων τινὰ μὲν μέρη μεσούντων τῶν ζῳδίων τινὰ δ' ἀρχομένων ἢ ληγόντων δύνει ἢ ἀνατέλλει. ὅθεν καὶ ὁ ἌΤΤΑΛΟΣ κατὰ μὲν τοῦτο ὀρθῶς συνεώρακε τὸ ἀγνόημα — καὶ δεῖ τοι ἤ, ὡς ἐκεῖνός φησι, γράφεσθαι

„ἢ Κριῷ ἀνιόντι φαείνεται ἢ ἐπὶ Ταύρῳ“

ἢ νὴ Δία οὕτως

„ἢ Κριῷ λήγουσα φαείνεται“

ὥστε τὸ „λήγουσα“ ἐπὶ τὴν ζώνην ἀναφέρεσθαι — λέληθε μέντοι γε αὐτὸν τὸ βούλημα τοῦ ποιητοῦ καὶ ἐν τούτοις· λέγει γὰρ οὕτως·

> ἡμεῖς μέντοι καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ τε ποιητῇ συμφώνως καὶ τοῖς φαινομένοις ἀκολούθως οἰόμεθα δεῖν γράφεσθαι τὸ ποίημα τὸν τρόπον τοῦτον (v. 712—714)·
>
> „αὐτὴ δὲ ζώνη καί κ' ἀμφήριστα πέλονται
> ἢ Κριῷ ἀνιόντι φαείνεται ἢ ἐπὶ Ταύρῳ.
> σὺν τῷ πασσυδίῃ ἀνελίσσεται.“
>
> ἐπεὶ γὰρ μέλλοντος μὲν τοῦ Κριοῦ ἀνατέλλειν ὁ Περσεὺς ὁμολογουμένως μέχρι τῶν ὤμων ἐκφανὴς γίνεται, ἅμα δὲ τῷ ἄρξασθαι ἀναφέρεσθαι τὸν Κριὸν εὐθέως ἔκδηλος ἡ τοῦ Περσέως ζώνη γίνεται, διὰ τὸ βραχὺ παντελῶς παραλλάσσειν τῆς τοῦ Κριοῦ ἀρχῆς τὴν φάσιν αὐτῆς διστάζει, πότερον κατὰ τὴν τοῦ Κριοῦ μέλλοντος ἀνατέλλειν ἀρχὴν ὑποθῆται φανερὰ<ν> ἤδη γίνεσθαι ἢ ἐπὶ τὸ μᾶλλον ὁμολογούμενον ἔλθῃ, διότι τοῦ Ταύρου μέλλοντος ἀναφέρεσθαι ἐκφανής ἐστι τοῦ Περσέως ἡ ζώνη μετὰ τοῦ λοιποῦ σώματος. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον γραφομένου τοῦ ποιήματος τά τε γραφόμενα σωθήσεται καὶ τὰ περὶ τῆς ζώνης ὁ ποιητὴς οὐ μόνον ἐμπείρως ἀλλὰ καὶ ἀκριβῶς ἐξηγούμενος ἂν φαίνοιτο.

πρῶτον μὲν οὖν διὰ τούτων ὁ ἌΤΤΑΛΟΣ ἀγνοεῖ, νομίζων ἐπὶ τοσοῦτον τὴν ἀκρίβειαν ἐν τοῖς φαινομένοις ὑπὸ Ἀράτου διειλῆφθαι, ὥστε περὶ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ ζώνῃ τοῦ Περσέως ἀστέρων διστάζει τὸ πότερον τῆς ἀρχῆς τοῦ Κριοῦ ἐπ' ἀνατολῆς οὔσης καὶ αὐτὴ ἤδη φανερά ἐστι σὺν τοῖς ὤμοις καὶ τῇ κεφαλῇ, ἢ μετ' ὀλίγον. χωρὶς γὰρ τοῦ ὁλοσχερῶς μὴ μόνον τὸν Ἄρατον ἀλλὰ καὶ τὸν Εὔδοξον ἐν τοῖς φαινομένοις ἀναστρέφεσθαι, καθάπερ ἐπιδεδείχαμεν, ἔτι καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς τοῦ Περσέως ζώνης τοῦτ' ἂν παρὰ τῷ Ἀράτῳ διστάζοιτο ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων <τῶν> β' ἢ καὶ πλείοσι ζῳδίοις συνανατελλόντων.

τέλος δ' ἀγνοεῖν δόξειεν ἂν ὁ ἌΤΤΑΛΟΣ καὶ τὰ φαινόμενα, ὑπολαμβάνων κατὰ ἀλήθειαν οὕτως εἶναι διστάζόμενα <τὰ> περὶ τὴν ζώνην τοῦ Περσέως, καθάπερ προείρηκεν· οὐ γὰρ μόνον ἡ ζώνη τοῦ Περσέως φαίνεται ὑπὲρ γῆς τοῦ Κριοῦ ἀρχομένου ἀνατέλλειν ἀλλὰ καὶ ὅλος σχεδὸν ὁ Περσεὺς πλὴν τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς καὶ τοῦ γόνατος. Sequitur probatio Hipparchi; deinde pergit: δῆλον οὖν, ὅτι ἀγνοεῖ λέγων τά τε φαινόμενα

σωθήσεσθαι καὶ τὸν Ἄρατον ἐμπείρως καὶ ἀκριβῶς τὰ περὶ τῆς τοῦ Περσέως ζώνης φανεῖσθαι ἐξηγούμενον.

δοκεῖ δέ μοι διηπορῆσθαι ὁ Ἄρατος παρὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν παρ' ἣν καὶ Εὔδοξος, ᾧ κατηκολούθηκεν ὁ Ἄρατος· ἐν μὲν γὰρ τῷ συντάγματι τῷ περὶ τῶν Φαινομένων γράφει, ὅτι τοῖς Ἰχθύσι συνανατέλλει τὰ δεξιὰ τοῦ Περσέως, ὥστε τῆς ἀρχῆς τοῦ Κριοῦ πρὸς τῇ ἀνατολῇ οὔσης τὰ δεξιὰ μόνον τοῦ Περσέως μέρη κατ' αὐτὸν ὑπὲρ γῆς φαίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ συντάγματι, ὃ ἐπιγράφεται Ἔνοπτρον, τοῖς Ἰχθύσι φησὶν αὐτὸν ὅλον πλὴν ὀλίγου συνανατέλλειν. ἐν πᾶσιν οὖν σχεδὸν τοῖς περὶ τὰς ἀνατολὰς τῶν ἄστρων συμφωνούντων ἀλλήλοις τῶν δύο συνταγμάτων, περὶ δὲ τοῦ Περσέως διαφόρου τῆς ἀναγραφῆς οὔσης, εὐλόγως ὁ Ἄρατος διαπορῶν ποίᾳ τις κατακολουθήσει ἀποφάσει, ἀμφήριστόν φησιν εἶναι καὶ διστάζόμενον, πότερον καὶ ἡ ζώνη τοῦ Περσέως μετὰ τῶν ὤμων καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Κριοῦ ἀνατέλλοντος μετέωρος φαίνεται ἢ τοῦ Ταύρου ἀναφερομένου, ὡς τὸ ἕτερον τῶν τοῦ Εὐδόξου συνταγμάτων περιέχει. οὐ παρὰ τὸ τῇ αἰσθήσει οὖν δύσκριτον εἶναι διὰ μικρότητα τῆς διαφορᾶς, ὡς ὁ ἈΤΤΑΛΟΣ ὑπέλαβεν, ἀμφήριστόν φησιν εἶναι, πότερον ἡ ζώνη τοῦ Περσέως ὑπὲρ γῆς ἤδη φαίνεται τῆς ἀρχῆς τοῦ Κριοῦ πρὸς τῷ ὁρίζοντι οὔσης, ἢ ἀρχομένου ἤδη ἀνατέλλειν τοῦ Ταύρου τότε καὶ αὐτὴ ἀναφέρεται, ἀλλὰ <παρὰ> τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν διὰ τὸ ἑκατέρως παραδίδοσθαι.

διχῶς δὲ γραφομένου ἐν μέν τισιν ἀντιγράφοις „καί κ' ἀμφήριστα πέλοιτο" ἐν δέ τισι „καί κ' ἀμφήριστα πέλονται", δεῖ γράφειν „πέλοιτο" καὶ οὐχ, ὡς ὁ ἈΤΤΑΛΟΣ, „πέλονται"· τῷ γὰρ ‚ἄν' συνδέσμῳ τὸ „πέλοιτο" καταλλήλως λέγεται· οὐδὲ γὰρ περισπᾶσθαι δεῖ (scilicet τὸ „πέλοιτο") διὰ τὸ πληθυντικῶς ἐκφέρεσθαι τὸ „ἀμφήριστα"· σύνηθες γάρ ἐστι τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς ἐκφορᾶς.

[2] τὰ μέν οἱ κατὰ δεξιὰ χειρὸς Marcianus Arati ‖ φησὶ V: φησὶν L ‖ [3] τάδ' Marcianus Arati ‖ νειόθεν ἕλκει V Marcianus Arati: εἴωθεν ἕλκειν L ‖ [4] ἀνερχόμενος V Marcianus Arati: ἀνελκόμενος L ‖ [5] ἐν V Marcianus Arati: om. L ‖ [6] Περσέος L Marcianus Arati: Περσέως V ‖ ἀντέλλοντος L Marcianus Arati: ἀνατέλλοντος V ‖ [7] αὐτὴ L Marcianus Arati: αὐτῇ V ‖ κ' ἀμφήριστα Marcianus Arati: καμφήριστα V, ἀμφήριστα L ‖ γένοιτο LV, at cf. l. 64 ‖ [8] λήγοντι etiam Marcianus Arati cf. *Herm.* XIX 103 ‖ [9] τὸ L: τῷ V ‖ [11] ἐπὶ γὰρ L: ἐπεὶ οὕτω γε καὶ V ‖ [12] ληγόντων LV^2: γόντων V ‖ [17] λήγουσα L: λήγουσαν V ‖ [22] κ' ἀμφήριστα L: καμφήριστα V ‖ πέλοιτο LV ut Marcianus Arati: at cf. l. 64 ‖ [24] σὺν τῷ V: om. L ‖ [25] μὲν V: om. L ‖ [28] διστάζει L: διστάζειν V ‖ τὴν L: τὸν V ‖ [29] supplevit Petavius ‖ [33] ἂν φαίνοιτο V: ἀναφαίνοιτο L ‖ [34] ἀγνοεῖ corr. Petavius, cf. infra linea 45: ἀπορεῖ V, εἰ L ‖ [41] supplevi ‖ τέλος V: τελέως L ‖ ἂν scripsi: om. V, ὅτι L ‖ [43] μόνον V: μόνη L ‖ [51] τοῦ Περσέως μέρη V: μέρη τοῦ Περσέως L ‖ γῆν LV ut l. 43 et 60 ‖ [62] παραδίδοσθαι V: παραδεδόσθαι L ‖ [63] κ' ἀμφήριστα πέλοιτο corr. Petavius: καμφήστατο V, καμφίστατο L ‖ [64] καμφήριστα LV ‖ [65] ἂν V: om. L ‖ [65,6] περισπᾶσθαι corruptum videtur

Denique ,ἌΤΤΑΛΟΣ ὁ Ῥόδιος‘ quodam scriptorum astronomorum indiculo a 29.
me e codicibus Vaticanis graecis 191 et 381 *Herm.* XVI p. 385 edito iuxta alios Arati interpretes commemoratur: conferas de his etiam Wilamowitzii Antigonum p. 339 et Hauptii Opusc. III p. 360 sq.

III.

A certis ad incerta transgredior. Discernendus enim a Rhodio is Attalus fortasse erit, quem de proverbiis scripsisse Hesychius s. v. Κορίνθιος ξένος mutilatis verbis ita tradidit:

> ἐπὶ τῶν τὰς λαταγὰς ῥιπτούντων, ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφόντῃ ἐπιχευούσης· ὡς δὲ ἌΤΤΑΛΟΣ ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν ἐπὶ τῶν . . . . διὰ κάλλος ὡς ὁ Βελλεροφόντης

item is, qui Iliadem enarravisse fertur. Cuius has reliquias inveni:

1. Schol. A T ad Iliadem 15. 444 ἰοδόκον] προπαροξυτόνως τινὲς ,τὸν δεχόμενον ἰούς‘, ξεινοδόκον δὲ τὸν ξενίζοντα παροξυτόνως ἢ τοὺς ξένους δοκεύοντα. <καὶ> ἌΤΤΑΛΟΣ δὲ παροξύνει.

2. Schol. T ib. 641 ἐκ πατρὸς — χείρονος υἱὸς ἀμείνων] οὐ κεκράτηκε τῆς φράσεως (Homerus), ὥς φησιν ἌΤΤΑΛΟΣ· τὸν μὲν γὰρ λίαν ἐπαινεῖ, τὸν δὲ ἀποδοκιμάζει· ὥστε οὐκ ἔστιν ἐκ συγκρίσεως ὁ λόγος.

3. Schol. T ib. 651 ἀχνύμενοί περ <ἑταίρου>] λείπει ἡ περί. τινὲς δὲ Αἰολικῶς ,περὶ ἑταίρου‘ φασίν· ἀήθης δὲ ἡ τοιαύτη συναλοιφὴ τῷ Ὁμήρῳ (hucusque etiam A). ἌΤΤΑΛΟΣ δὲ συγκοπήν φησιν, ὡς ἐν τῷ „πὰρ Ζηνί“ (Il. 4. 1).

4. Etym. M. s. v. μῆλα] τὰ πρόβατα· οἳ μὲν ἀπὸ τοῦ μηκᾶσθαι, ὅπερ ἀνάρμοστον· ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ μηλώδη καρπὸν ἔδεσθαι· ἌΤΤΑΛΟΣ δὲ παρὰ τὸν μαλλόν. ἐγὼ δέ φημι, ὅτι μᾶλλον ἀπὸ τοῦ μῆλα ὁ μαλλὸς εἴρηται.

IV.

Reversus ad Aratea complectar quae ad noscenda haec Attali studia ex nostra fragmentorum sylloga redundent. Igitur et editionem criticam poetae et simul commentarium promulgavit discipulo cuidam inscripta (fr. 1 et 24). Illud vero his libris consilium persecutus est, ut Aratum in Phaenomenis scientia astronomica excellere explicando textu et conformando probaret. Itaque hic illic coniecturas expulsis genuinis ectionibus introduxit et genuinas prava interpretatione frequenter tutatus est, rarius erroris poetam incusavit (cf. ad fr. 1 l. 7). Quae cum essent ita, exstitit cui Attali Aratea debemus omnia Hipparchus ut refutaret, eruntque fortasse qui hac Hipparchi

refutatione commoti dignum Attalum opinentur qui in tenebras reiciatur. Ego sentio aliter et cum Iohanne Henrico Vossio facio qui passim per commentarium ut Arato ipsi ita Attalo Hipparchi crisin nimis acerbam et iniquam fuisse adnotavit: quae compilare nolo. Quibus demptis permulta tamen superesse Attali errata Hipparcho concedendum est. Agnoscimus haec et ex coeli cognitione incerta aut e criticae facultatis quadam inopia eo facilius explicamus, quod in aliis scriptoribus vel philologos multo Attalo celebriores persimiliter deliquisse exploratum est. Illud autem magni aestimamus, quod nunc luculento Attali exemplo Rhodi Aristarchi et Cratetis aetate intelleximus fuisse, qui, etsi astronomiam et mathematicam profiteretur et his artibus alios institueret (fr. 24), nihilo minus in grammatica quoque esset adeo versatus, ut emendandi et enarrandi Arati exsequendum negotium in se reciperet. Novo testimonio apertum est cognatione quadam ceteras litteras cum arte nostra contineri.

Gryphiae, Non. Ian.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

D. H. CREMER, P. P. O., DEC.

I) Publice 1) seminarii theol. exercitationes ad theologiam dogmaticam spectantes moderabitur d. Mart. h. VI et VII; 2) exercitationes homileticas moderari perget d. Ven. hor. VI et VII. — II) Privatim 1) ethicen christianam docebit quinquiens per hebd. hor. X et semel d. Merc. hor. XI; 2) prolegomena theologiae dogmaticae tradet bis per hebd. dieb. Lun. et Iov. hor. III; 3) pericopas ecclesiasticas ex evangeliis desumptas interpretabitur quater hor. XI.

D. O. ZOECKLER, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderari perget die Lun. h. VI et VII. — II) Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem tertiam s. hist. ecclesiae temporum recentiorum tradet sexiens p. h. hor. IX; 2) encyclopaediam et methodologiam studii theologici docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. X; 3) historiam aetatis apostolicae enarrabit dieb. Lun. et Merc. hor. X et die Sat. hor. X et XI.

D. ER. HAUPT, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes ad interpretationem Novi Testamenti pertinentes moderari perget singulis diebus Iov. h. VI et VII. — II) Privatim 1) vitam Jesu Christi enarrabit quinquiens p. h. hor. VIII; 2) epistulam Pauli ad Romanos datam interpretabitur quinquiens h. VII; 3) parabolas Jesu Christi explicabit die Saturni h. VII et VIII.

D. C. BREDENKAMP, P. P. O.

I) Publice seminarii theologici exercitationes ad Vet. Test. spectantes moderabitur die Merc. h. VI et VII. — II) Privatim 1) librum Geneseos interpretabitur quinquiens p. h. hor. VII; 2) theologiam Veteris Testamenti tradet quinquiens p. h. hor. XII.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

LIC. DR. FR. GIESEBRECHT P. P. E.

I) Publice exercitationibus hebraicis praeesse perget die Mercur. hora VI. — II) Privatim introductionem in Veteris Testamenti libros dabit quinquiens p. hebdomadem hora XII.

LIC. V. SCHULTZE, P. P. E.

Publice exercitationes archaeologicas moderabitur hora defin. — II) Privatim 1) historiam dogmatum christianorum narrabit sexiens p. h. hor. VIII; 2) historiam artis seculi XVI tractabit diebus Mart. et Ven. hor. IV. 3) Historiam ecclesiae romanae hujus temporis enarrabit diebus Lun. et Iov. hor. IV.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

LIC. I. MEINHOLD, PRIV. DOC.

Privatim librum psalmorum interpretabitur quinquiens hora XI.

LIC. I. DALMER, PRIV. DOC.

I) Publice 1) Pauli ad Philippenses epistulam interpretabitur die Sat. hora XII; 2) exercitationes ad interpretationem Nov. Test. pertinentes moderabitur die Iov. hor. VI et VII. — II) Privatim introductionem in libros Novi Testam. tradet quinquiens p. h. hor. XII.

II. SCHOLAE IURECONSULTORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DR. OTTO FISCHER, P. P. O., DEC.

I) Publice processus civilis partem alteram tradet bis. — II) Privatim 1) processum civilem Romanum tractabit bis; 2) pandectarum partem III i. e. ius hereditarium tradet ter; 3) de iure privato Borussico disseret ter; 4) conversatorium iuridicum una cum Pescatore et Lewis proff. instituet. — III) Privatissime sed gratis in seminario iuridico de processu civili exercitationes commilitonum provectiorum moderabitur hor. def.

DR. C. F. W. H. HAEBERLIN, P. P. O.

Privatim 1) ius publicum Germanicum tradet quater p. h. hor. XI; 2) ius administrationis die Merc. hor. X et XI, die Sat. hor. X.

D. Dr. E. R. BIERLING, p. p. o.

I) Publice processus criminalis apud Germanos historiam enarrabit d. Ven. hor. XI. — II) Privatim processum criminalem tractabit ter vel quater p. h. hor. XI.

Dr. GUST. PESCATORE, p. p. o.

I) Privatim 1) institutiones docebit ter per hebd.; 2) historiam iuris Romani tradet ter p. hebd.; 3) processus civilis partem priorem tractabit quater p. h.; 4) conversatorium iuridicum una cum Lewis et Fischer proff. instituet. — II) Privatissime sed gratis in seminario iuridico exercitationes ad historiam iuris Romani mediaevalis spectantes instituet hor. def.

Dr. I. W. LEWIS, p. p. o.

I) Publice in seminario iuridico speculum Saxonicum interpretandum proponet d. Iov. hor. IV. — II) Privatim 1) ius Germanicum privatum tradet sexiens p. h. hor. X; 2) ius ecclesiasticum cum iure matrimoniali docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX; 3) conversatorium iuridicum una cum Pescatore et Fischer proff. instituet.

Dr. I. WEISMANN, p. p. o.

I) Publice historiam iuris criminalis enarrabit, semel p. h. h. VIII. — II) Privatim 1) ius criminale tractabit, quinquiens p. h. h. VIII; 2) processum civilem docebit, sexiens p. h. h. XI. — III) Privatissime sed gratis conversatorium processus criminalis exercitationibus practicis habebit, semel p. h. hor. V.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

Dr. F. STOERK, p. p. e.

Publice comparationem constitutionum Europaearum instituet semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris tractabit ter p. h.; 2) historiam imperii et iuris Germanici quater p. h.; 3) ius quod est inter gentes ita exponet, ut etiam ius publicum maritimum simul tractetur ter p. h.; 4) conversatorium et examinatorium de iure publico instituet die Sat. hor. II et III.

3) PRIVATIM DOCENTIS.

Dr. R. MEDEM, priv. doc.

I) Publice conversatorium de iure et processu criminali instituet bis p. h. — II) Privatim Ius criminale Germanicum et Borussicum docebit quater p. h.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. L. LANDOIS, p. p. o., dec.

I) Publice exercitationes et physiologicas et histologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis eruditi sunt, moderabitur cotidie hor. def. — II) Privatim 1) physiologiae experimentalis partem priorem docebit cotidie hor. XI; 2) historiam evolutionis et generationis ennarabit dieb. Iov. Ven. Sat. hor. IX; 3) cursum physiologiae experimentalem et demonstrativam instituet dieb. Mart. et Merc. hor. V et VI.

Dr. IULIUS BUDGE, p. p. o.

I) Publice anatomiam extremarum corporis partium tractabit die Ven. h. X. — II) Privatim anatomiae systematicae corp. human. partem alteram tradet quater p. hebd. h. X.

Dr. H. C. A. PERNICE, p. p. o.

I) Publice morborum mulierum partem II docebit die Lun. h. IV. — II) Privatim 1) theoriam artis obstetriciae docebit dieb. Mart. Iov. Vener. h. XII; 2) exercitationes clinicas et policlinicas gynaecolog. moderabitur dieb. Lun. Merc. Saturn. h. XII, reliquis dieb. h. VIII.

Dr. F. MOSLER, p. p. o.

I) Publice relationes policlinicas moderabitur semel hor. VIII. — II) Privatim 1) de diagnostice physica una cum Dr. PEIPER aget quater p. h.; 2) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. IX, reliquis dieb. ab hor. X usque ad hor. XI.

Dr. R. SCHIRMER, p. p. o

I) Publice de vitiis oculorum opticis disseret die Merc. hor. VII mat. — II) Privatim 1) ophthalmiatricen tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. III et die Sat. hor. VII mat.; 2) exercitationes clinicas ophthalmiatricas moderabitur dieb. Merc. et Sat. hor. III hominesque oculorum morbis affectos extraneos monstrabit cotidie hor. XII.

Dr. HUGO SCHULZ, p. p. o.

I) Publice exercitationes pharmacologicas commilitonum iamiam eruditiorum moderabitur cotidie. — II) Privatim 1) pharmacologiae alteram partem nec non artem medicamenta recte designandi tradet dieb. Lunae, Martis, Mercurii, Iovis hor. IV.; 2) practicum therapeuticum habebit dieb. Lunae et Iovis hor. VIII.; 3) medicinae historiae capita selecta tradet die Veneris hor. IV.

Dr. F. SOMMER, p. p. o.

I) Publice capita selecta anatomiae corporis humani tractabit semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) histologiam et anatomiam microscopicam demonstrationes adiuncturus docebit dieb. Lun. Merc. Ven. hor. IV; 2) situs intestinorum corporis humani demonstrabit dieb. Mart. et. Iov. hor. IV.

Dr. H. HELFERICH, p. p. o.

I) Publice disputationes chirurgicas instituet die Lun. hor. VI. — II) Privatim 1) exercitationibus operationum chirurgicarum in cadavere instituendis praeerit cotidie hor. VII et VIII; 2) exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. X et dimid., reliquis diebus ab hor. XI usque ad hor. XII.

Dr. P. GRAWITZ, p. p. o.

I) Publice de secandi arte exercitationes instituet bis p. h. — II) Privatim 1) anatomiam pathologicam tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. VII; 2) cursum de anatomia et histologia pathologica practicum et demonstrativum instituet die Merc. et Sat. hor. VIII et IX, die Mart. et Ven. inde ab h. XII usque ad hor. I c. dim.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. C. EICHSTEDT, p. p. e.

Publice de syphilide demonstrationes practicas additurus disseret diebus Lun. et Iov. hora II. — Privatim de morbis cutis demonstrationes practicas adiuncturus aget diebus Mart. et Vener. hora II.

Dr. G. HAECKERMANN, p. p. e.

Privatim de medicina forensi diebus Lunae Iovis Veneris hora III et IV disputabit.

Dr. RUD. ARNDT, p. p. e.

I) Publice de psychiatria forensi disseret semel p. hebd. — II) Privatim 1) capita selecta doctrinae ad morbos nervorum spectantis tractabit dieb. Mart. et Iov. hor. VIII; 2) exercitationes clinicas psychiatricas instituet dieb. Lun. Merc. Vener. Saturn. hor. VIII.

Dr. P. KRABLER, p. p. e.

Privatim 1) paediatricen docebit, demonstrationes practicas adiuncturus dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) diagnosticen physicam docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. III.

Dr. BERNH. SOLGER, p. p. e.

I) Publice de anatomia auditus ejusque relatione ad sensus organa, quae in latere animalium vertebratorum inveniuntur, disseret semel p. hebd. hor. def. — II) Privatim 1) exercitationibus histologicis utriusque coetus praeerit una cum Dre. BALLOWITZ quater p. hebd., alterius dieb. Mart. et Iov., alterius dieb. Merc. et Ven. ab hor. VII usque ad hor. IX; osteologiam et syndesmologiam docebit d. Lun. hor. VII et hor. V, d. Sat. hor. VII.

Dr. F. de PREUSCHEN, p. p e.

I) Publice diagnosticen obstetriciam docebit die Mart. hor. II. — II) Privatim 1) operationes obstetricias moderabitur exercitationibusque in phantomate instituendis praeerit dieb. Lun. et Iov. hor. II; 2) de morbis mulierum disseret dieb. Merc. et Saturn. hora II.

Dr. F. RINNE, p. p. e.

I) Publice de morbis organorum genitalium et uropoëticorum die Ven. hor. V. — I) Privatim 1) chirurgiae specialis partem I tradet diebus Lun. Mart. Merc. Iov. hora V; 2) chirurgiam generalem docebit diebus Mart. Iov. Ven. hora XII; 3) demonstrationes chirurgico-propaedeuticas moderabitur diebus Lun. Merc. Saturn. hora XII.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. A. BENGELSDORFF, priv. doc.

Propter valetudinis infirmitatem a scholis vacabit.

Dr. O. BEUMER, priv. doc.

Privatim 1) de hygiene publica et politia medica disseret bis p. h. hor. V; 2) exercitationes practicas ad hygienen spectantes moderabitur ter p. h. hor. V.

Dr. C. LOEBKER, priv. doc.

Privatim aciurgiae partem generalem docebit et de fasciis et instrumentis chirurgicis exercitationes adjuncturus aget dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. hor. IV.

Dr. P. STRUEBING, priv. doc.

Privatim 1) de morbis laryngis disseret dieb. Mart. et Vener. hor. V; 2) exercitationes laryngoscopicas practicas moderabitur die Iov. hor. V et die Sat. hor. III; 3) homines narium et laryngis morbis affectos extraneos monstrabit ter p. h. hor. XII.

Dr. E. PEIPER, priv. doc.

Privatim 1) pathologiam et therapiam specialem tradet dieb. Lun. Ven. hor. VI, Merc. Sat. hor. III; 2) de vaccinatione aget et vaccinandi operationem moderabitur dieb. Merc. Sat. hor. XII.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. H. ZIMMER, p. p. o., dec.

I) Publice in studium grammaticae linguarum Indogermanicarum comparatae commilitones introducet dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim elementa linguae Sanscritae docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII. — III) Privatissime et gratis hymnos selectos Rigvedae interpretabitur bis p. h. hor. det.

Dr. E. BAUMSTARK, p. p. o.

I) Publice securitatem publicam conservandam docebit die Lunae h. III et IV. — II) Privatim principia et capita selecta politices oeconomicae tradet diebus Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. III.

Dr. A. H. BAIER, p. p. o.

I) Publice isagogen philosophicam docebit, die Merc. h. XII. — II) Privatim historiam philosophiae recentioris inde a Kantii temporibus enarrabit, quater p. h. h. XII. — III) Privatissime et gratis exercitationes de philosophia Kantiana moderabitur semel p. h. die Sat. h. V.

Dr. H. LIMPRICHT, p. p. o.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. h. hor. def. II) Privatim 1) chemiae partem priorem tradet sexiens p. h. hor. VIII; 2) praxin chemicam una cum professore SCHWANERT instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

Dr. GUIL. AHLWARDT, p. p o.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, p. p. o.

I) Publice isagogen in studium Platonis et Aristotelis tradet dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim historiam litterarum Graecarum aetatis Alexandrinae enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII. — III) Privatissime sed gratis exercitationes Aristotelicas moderari perget bis p. h. hor. def.

Dr. A. PREUNER, p. p. o

I) Publice 1) de artibus earumque historia disseret atque artium monumenta selecta, quorum exempla in museo academico adservantur, explicabit semel p. h.; 2) exercitationes archaeologicas moderabitur die Sat. hor. IV. — II) Privatim historiam artis antiquae docebit ter p. h. hor. def.

Dr. A. KIESSLING, p. p. o.

I) Publice in seminario philologico Polybii librum sextum interpretabitur die Merc. h. X—XII. — II) Privatim Plauti Pseudolum enarrabit quater h. X.

Dr. GUIL. SCHUPPE, p. p. o.

I) Publice exercitationes philosophicas ad theoriam cognoscendi et logicam pertinentes moderabitur die Merc. hor. VI. — II) Privatim 1) philosophiam iuris docebit dieb. Lun. Mart. Iov. hor. VIII; 2) paedagogicam docebit dieb. Merc. Ven. Sat. hor. VIII.

Dr. H. ULMANN, p. p. o.

I) Publice in seminario historico exercitationes historico-criticas instituet die Mercur. hora VIII et IX. — II) Privatim historiam saec. XVII et XVIII inde a pace Westphalica enarrabit diebus Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

Dr. GUIL. THOMÉ, p. p. o.

I) Publice 1) seminari mathematici exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI; 2) de curvatura superficierum disseret die Ven. hor. X et XI. — II) Privatim theoriam superficierum algebraicarum et dupliciter curvatarum exponet dieb. Lun. et Iov. hor. X et XI.

Dr. H. SCHWANERT, p. p. o.

I) Publice 1) capita selecta chemiae technicae tractabit die Saturni hor. XI; 2) colloquia de rebus chemicis pharmaceuticis habebit dieb. Iov. et Ven. hor. III et IV. — II) Privatim 1) pharmaciae partem secundam exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. VII; 2) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. VII; 3) praxin chemicam una cum professore LIMPRICHT instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

Dr. A. GERSTAECKER, p. p. o.

I) Publice ichthyologiam, i. e. piscium morphologiam et distributionem systematicam tractabit d. Ven. h. IX. — II) Privatim zoologiam generalem et systematicam medicorum usui adaptatam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. IX. — III) Privatissime exercitationes zootomicas instituet ter p. hebd., hor. def.

Dr. AL. REIFFERSCHEID, p. p. o.

I) Publice 1) in proseminario germanico versionem goticam evangelii sec. Marcum tractabit et exercitationes instituet de lingua qua Luther usus est in versione N. T. m. Sept. a. M. D. XXII. excusa, die Merc. h. V et VI; 2) in seminario

germanico Wolframi Parcivalum interpretabitur et de Goethei Fausto disputabit, die Ven. h. V et VI. — II) Privatim 1) de grammatica linguarum veterum theodiscae et saxonicae praefatus Otfridi librum evangeliorum et Heliandum explicabit die Lun. h. XI et XII; 2) historiam litterarum germanicarum inde ab a. ML. usque ad a. MCCCL. enarrabit dieb. Mart. Iov. Ven. h. XI.

DR. E. KOSCHWITZ, P. P. O.

I) Publice in studium linguae Italicae introducet commilitones die Ven. hor. IX. — II) Privatim historiam litterarum Francogallicarum saec. XIX. docebit dieb. Lun. Mart. Iov. hor. IX. — III) Privatissime et gratis exercitationes Provinciales in seminario Romanensi moderabitur die Sat. hor. XI et XII.

DR. F. SCHMITZ, P. P. O.

I) Publice plantas selectas monstrabit die Iov. hor. V. — II) Privatim 1) botanicen generalem docebit dieb. Lun. et Merc. hor. IV et V, die Mart. hor. V; 2) exercitationes botanicas microscopicas instituet dieb. Mart. et Iov. hor. III et IV. — III) Privatissime in musei botanici laboratorio operaturis aderit cotidie.

DR. E. COHEN, P. P. O.

I) Publice de lapidibus qui coelo decidunt aget semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) petrographiam docebit dieb. Mart. Merc. Iov. hor. VII mat. et excursionibus geologicis una cum doctore DEECKE illustrabit; 2) mineralogiae peritiorum exercitationes moderabitur die Sat. hor. IX et X. — III) Privatissime in instituto mineralogico operaturis aderit cotidie.

DR. A. OBERBECK, P. P. O.

I) Publice de theoria fluidorum et soni disseret dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) physices experimentalis partem alteram docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII; 2) praxin physicam instituet hor. def.

DR. B. MINNIGERODE, P. P. O.

I) Publice exercitationes in seminario mathematico moderabitur die Sat. hor. X½—XII. — II) Privatim 1) geometriam analyticam plani docebit quater p. h. hor. VIII; 2) mechanices analyticae alteram partem tractabit quater p. h. hor. IX.

DR. O. SEECK, P. P. O.

I) Publice exercitationes seminarii historici ad historiam Graecam Romanamque spectantes moderabitur, d. Lun. h. VI et VII. — II) Privatim ius publicum Romanorum docebit quater p. h. hor. XI.

Dr. E. MAASS, p. p. o.

I) Publice 1) in proseminario philologico interpretanda proponet Philodemi Gadarensis epigrammata die Iov. hor. VIII; 2) in seminario philologico Metamorphoses Ovidii tractabit die Sat. hor. X et XI. — II) Privatim 1) Theocriti et Callimachi carmina diebus Lun. Mart. Ven. hor. VIII enarrabit; 2) Thucydidem dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX. interpretabitur praemissa historicorum graecorum usque ad Polybium historia.

Dr. J. REHMKE, p. p. o.

I) Publice exercitationes ad historiam philosophiae spectantes moderabitur die Merc. hor. VII et VIII. — II) Privatim 1) historiam philosophiae a Kantio ductam tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. IX; 2) psychologiam docebit dieb. Mart. Iov. Ven. hora XI.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. C. IESSEN, p. p. e.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. M. SCHOLZ, p. p. e.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. F. BAUMSTARK, p. p. e.

I) Publice 1) lotii analysin docebit die Ven. hor. V; 2) de aqua ad valetudinis curam chemice examinanda disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim chemiam physiologicam medicinae et chemiae studiosis tradet ter p. h. hor. def.

Dr. C. Th. PYL, p. p. e.

I) Publice de historia artium medii et recentioris aevi, necnon de finibus artium litterarumque secundum monumenta disseret, bis p. h. hor. XI. — II) Privatim historiam ecclesiarum monasteriorumque Gryphiswaldensium tradet, bis p. h. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis de antiquitatibus Pomeraniae disputabit et exercitationes diplomaticas secundum monumenta artium litterarumque moderabitur, bis p. h. hor. XI.

Dr. R. CREDNER, p. p. e.

I) Publice exercitationes geographicas et excursiones moderabitur hor. et dieb. def. — II) Privatim geographiam Australiae et Americae docebit diebus Mart. Merc. Iov. Ven. hor. VII.

Dr. M. KONRATH, p. p. e.

I) Publice in seminario Anglico 1) exercitationes ad hodiernae linguae potissimum usum spectantes una cum lectore JOLLEY moderabitur die Merc. hor. X et XI; 2) sonorum et flexionum linguae Anglicae historiam summatim retractaturus

colloquia cum sodalibus habebit die Ven. hor. X. — II) Privatim capita selecta syntaxeos Anglicae tradet dieb. Lun. Mart. Iov. hor. X.

Dr. E. BERNHEIM, p. p. e.

I) Publice in seminario historico rationem temporum tractabit die Sat. hor. VIII. — II) Privatim de fontibus atque libris historiam medii aevi illustrantibus disputabit ter per hebd. hor. VIII.

Dr. TH. ZACHARIAE, p. p. e.

I) Publice historiae litterarum Indicarum capita selecta enarrabit semel per hebd. h. def. — II) Privatim in studium historiae religionum universalis commilitones introducet et de religionibus Indorum disseret bis per hebd. hor. def. — III) Privatissime sed gratis de doctrina grammatica Indorum disseret et Pāninii regulas interpretandas proponet bis p. h. hor. def.

Dr. GUIL. HOLTZ, p. p. e.

I) Publice 1) physicen terrae et solidae et liquidae docebit dieb. Lun. Mart. Merc. hor. IV; 2) opera galvanoplastica et electricitatem currentem tractabit die Sat. hor. IV. — II) Privatim physicen meteorologicam et phaenomena lucis meteorologica tradet dieb. Iov. Ven. hor. IV.

Dr. P. PIETSCH, p. p. e.

I) Publice exercitationes Theotiscas instituet semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) Nibelungiadem interpretabitur ter p. h. hor. def; 2) de Lessingii vita et scriptis disseret bis p. h. hor. def.

Dr. GUIL. HASBACH, p. p. e.

I) Publice historiam litterarum oeconomices politicae enarrabit binis per hebd. scholis hor. def. — II) Privatim theoriam oeconomices nationalis docebit dieb Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. VIII.

Dr. C. KESSLER, p. p. e. in univ. litter. Marpurgensi.

I) Publice religionis Muhammadanae statum praesentem exponet semel per h. — II) Privatim 1) linguam Syriacam ternis scholis docebit; 2) linguae Arabicae tirocinium bis per h. instituet. — III) Privatissime sed gratis scriptores et Arabicos et Syriacos paulo difficiliores singulis per h. scholis cum provectioribus commilitonibus tractabit.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. D. BEHRENS, priv. doc.

I) Publice exercitationes ad linguam Francicam spectantes moderabitur bis p. h. hor. def. — II) Privatim capita selecta syntaxeos historicae Francogallicae docebit dieb. Lun. Mart. et Ven. hor. def.

Dr. H. MOELLER, priv. doc.

I) Privatim de plantis medicinalibus disseret die Ven. hor. V et VI. — II) Privatissime sed gratis excursiones botanicas instituet die Sat. ab hora II.

Dr. G. MUELLER, priv. doc.

I) Publice theoriam de origine specierum quae Darwiniana dicitur exponet semel p. h. hor. def. — II) Privatim entomologiam tractabit bis p.h. hor. def. — III) Privatissime et gratis excursiones zoologicas instituet dieb. def.

Dr. G. DEECKE, priv. doc.

I) Publice de terrae motibus disseret semel p. h. die Iov. hor. III. — II) Privatim geologicas formationes docebit bis p. h. dieb. Mart. et Ven. hor. III. et excursionibus geologicis una cum prof. COHEN illustrabit.

Dr. R. SCHMITT, priv. doc.

I) Publice res anno MDCCCLXVI a Germanis gestas enarrabit bis p. h. hor. def. — II) Privatim historiam Borusso-Brandeburgicam usque ad mortem Magni Electoris enarrabit quater p. h. hor. def.

LINGUARUM RECENTIORUM ET ARTIUM MAGISTRI.

Th. Jolley, B. A. I) Publice in seminario Anglico exercitationes una cum prof. Konrath instituet die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim 1) litterarum Anglicarum saec. XIX historiam adumbrabit lingua Anglica usurus, bis p. h. hor. def.; 2) elementa linguae Anglicae docebit, bis p. h. hor. def.

G. Bemmann, concent. music. director. Publice de universa doctrina artis musicae disseret bis p. hor. def.

O. Droenewolf. Publice 1) de cantu ecclesiastico disseret bis p. h. hor. def.; 2) theoriae musices partem priorem docebit bis p. h. hor. def.

de Dewitz. Publice 1) artem delineandi et pingendi docebit binis p. h. horis; 2) studiosos med. adiuvabit in arte ossa, musculos, praeparata proiciendi, binis p. h. horis.

H. Range. Publice exercitationes gymnicas moderabitur hor. def.; 2) artem rudibus batuendi docebit hor. def.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt Prof. Gilbert, Dr. Mueldener, I. Cust., Dr. Klette, II. Cust., Dr. Babad, III. Cust., dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI—I, dieb. Merc. et Sat. hor. II—IV studiosis patebit.

Museum litterarum curant Professores ZOECKLER LANDOIS LIMPRICHT KIESSLING PESCATORE.
Seminarii theologici exercitationes reguntur ab ORDINE THEOLOGORUM.
Societatis homiletico-catecheticae studia moderatur CREMER Prof.
Seminarium iuridicum moderantur PESCATORE Prof. LEWIS Prof. FISCHER Prof.
Theatrum anatomicum administrat BUDGE Prof. I., prosectore SOMMER Prof., custode SOLGER Prof., II. prosectore BALLOWITZ Dre., adiutore ZIMMERMANN Dre.
Museo anatomico praepositus est BUDGE Prof., I. prosectore SOMMER Prof., custode SOLGER Prof., II. prosectore BALLOWITZ Dre., adiutore ZIMMERMANN Dre.
Instituto physiologico praepositus est LANDOIS Prof. adiutoribus VOSS et GOGREWE.
Instituto pathologici-anatomico praepositus est GRAWITZ Prof., adiutore POMORSKI Dre.
Museo pathalogico-academico praepositus est GRAWITZ Prof. adiutore POMORSKI Dre.
Instituto pharmacologico praeest SCHULZ Prof., adiutore GOTTBRECHT Dre.
Nosocomio Universitatis praesunt MOSLER Prof. et HELFERICH Prof. — administr. BRANDNER — assist. SCHLEICH Dre RESCH Dre. SCHOEMANN Dre. et KESSLER Dre.
Instituti clinici medici curam habet MOSLER Prof. assistente PEIPER Dre. adiutore WESTPHAL Dre.
Instituti clinici chirurgici curam habet HELFERICH Prof. assistente HOFFMANN Dre. adiutore KOENIG Dre.
Instituti ophthalmiatrici curam habet SCHIRMER Prof. assistente BUBLITZ Dre.
Instituti obstetricii curam habet PERNICE Prof. assistentibus POGGENDORF Dre. et VIEROW Dre., adiutore SCHARFF.
Instituto clinico psychiatrico praeest ARNDT Prof. adiutore SCHROEDER Dre.
Institutum physicum moderatur OBERBECK Prof. assistente BERGMANN Dre.
Seminari mathematici exercitationes moderantur THOMÉ Prof. et MINNIGERODE Prof.
Instrumenta astronomica custodit OBERBECK Prof.
Museo zoologico praeest GERSTAECKER Prof.
Museo botanico praepositus est SCHMITZ Prof.
Hortum botanicum curant SCHMITZ Prof. GOEZE Dr. inspector.
Museo mineralogico praepositus est COHEN Prof. assistente W. DEECKE Dre.
Institutum chemicum moderantur LIMPRICHT Prof. et SCHWANERT Prof. adiutoribus F. BAUMSTARK Prof. LOESCHER Dre. et C. FISCHER.
Seminarium philologicum moderantur KIESSLING Prof. et MAASS Prof.
Seminarium Germanicum moderatur REIFFERSCHEID Prof.
Seminarium Anglico-Romanense moderantur KOSCHWITZ Prof. et KONRATH Prof.
Seminarium historicum moderantur ULMANN Prof. SEECK Prof. BERNHEIM Prof.
Gypsothecae et antiquitatum museo praeest PREUNER Prof.
Museo antiquitatum Pomeraniae praeest PYL Prof.
Apparatui geographico praeest CREDNER Prof.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VII.	Ep. ad Rom., quinq. Genesis, quinq. Iesu Chr. parabol., semel.		Vitia ocul. optic., semel Ophthalmiatr., semel Operation. chirurg., sex. Anat. pathol., quater Curs. histolog., quater Osteol. syndesmol., bis.	Pharm. pars secunda, quater. Chem. analyt., bis. Petrographia, ter. Geograph. Austr. et Amer., quater
VIII.	Vita Iesu Chr., quinq. Iesu Chr. parab., semel. Historia dogm., sexiens.	Ius crim. quinq. Ius q. e. int. gent. ter. Process. civ. I bis. Hist. iur. crim. semel. Philos. iur. ter.	Clinic. obstetric., ter. Relat. clinic., semel. Practic. therapeut., bis. Operat. chirurgic., sex. Anat. pathol., quater. Curs. path. anat., bis. Morb. nerv., bis. Clinic. psychiatric., quat. Curs. histolog., quater.	Chem. pars prior, sexiens. Philos. iuris, ter. Paedagogica, ter. Exercit. hist.-critic., semel. Geometr. analyt., quater. Philod. epigramm., semel. Theocr. et Callim. carm., ter. De rat. tempor., semel. De font. et libr. hist. m. aev. illustr., ter. Theor. oeconom. nation., quater.
IX.	Hist. eccl., sexiens.	Ius eccles. quater. Encyclop. ter. Process. civ. I bis.	Histor. generat. et evolution., ter. Diagnostic. physic., bis. Clinic. medic., quater. Curs anat. path., bis.	Exerc. hist.-critic., semel. Ichthyologia, semel. Zoolog. gener., quater. Introd. in stud. lingu. Italic., semel. Hist. litt. Franco-gall., ter. Exercit. mineralog., semel. Mechan. analyt. alt. pars, quater. Thucydides, ter. Hist. philosoph. a Kant., ter.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
X.	Encyclop. et methol., ter. Hist. aetat. apost., bis Ethic. christian. quinq.	Ius Germ. priv. sexiens. Ius administr. bis.	Anat. extremit., semel. Anat. systemat., quater. Clinic. medic., bis. Clinic. chirurg., quater	Plaut. Pseudol., quater. Polybius, semel De curvat. superfic., semel. Theor. superfic., bis. Exercitat. mineralog., semel. Ovidii metamorph., semel. Exercit. ad lingu. Angl. hod. us. spect., semel. Son. et flex. lingu. Angl. hist., semel. Capita sel. syntax. Angl., ter.
XI.	Pericop. eccl., quater. Ethic. chr., semel. Hist. aetat. apost., semel. Psalm., quinquies.	Process. civ. sexiens. Ius publicum quater. Process. crim. ter vel quater. Ius heredit. ter. Process. civ. II semel. Ius administr. semel. Hist. proc. crim. semel. Process. civ. Rom. semel.	Physiol. experiment., sexiens. Clinic. chirurg., bis.	Polybius, semel. De curvat. superfic., semel. Theor. superfic., bis. Cap. sel. chem. techn., semel. Hist. litt. Germ. med. aev., ter. Gramm. ling. Theot. et Sax., semel. Exercit. Provinc., semel. Ius publ. Rom., quater. Ovidii metamorph., semel. Psycholog., ter. De hist. art., bis. Hist. eccles. monast. Gryph., bis. De antiquitat. Pomer., bis. Exerc. ad lingu. Angl. hod. us. spect., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XII.	Theol.Vet.Test.,quinq. Introd. in libr. N. T., quinq. Introd. in libr. N. T, quinq. Ep. ad Philipp.,semel.	Hist. iur.Germ.quater. ius priv. Borussic. ter. Process. civ. II semel. Proc. civ. Rom. semel.	Clinic. obstetric., ter Ambulator.opthalm., sex. Curs. pathol. anat., bis Paediatric., ter. Chirurg. general., ter. Propaedeut. chirurg., ter. Policlinic. laryng. et nasal., ter. Vaccinat., bis.	Introd. in stud. gramm. lingu. Indog., bis. Elementa lingu. Sanscr., ter. Isagoge philosophica, semel. Historia philos. recent., quater. Isag. in stud. Plat. et Aristot., bis. Hist. litt. Graec. aet. Alex., quater. Hist. saec. XVII et XVIII, quater. Gramm. lingu. Theot. et Sax., semel. Exerc. Provinc., semel. Theor. fluidor., bis. Physic. experim. pars alt., quater.
II.		Conv. de iure publico semel.	Syphilis, bis. Morb. cutis, bis. Diagnost. obstetric., semel. Operat. obstetric., bis Morb. mulier., bis.	
III.	Prolegom.theol.dogm. bis.	Ius crim., bis. Conv. crim., bis. Conv. de iure publico semel.	Ophthalmatric., quater. Clinic. ophthalm., bis. Medic. forens., ter. Diagnostic. phys., ter. Laryngoscop., semel. Path. therap. spec., bis.	Securit. publ. conserv., semel. Principia politices oeconom., quater. Colloqu. de reb. chemic., bis. Exerc. botan., bis. De terr. motib., semel. Geolog. format., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
IV.	Hist. artis seculi XVI., bis. Hist. eccl. rom., bis.	Ius crim. bis. Conv. Pand. I semel. Conv. Pand II semel. Conv. iur. German. semel. Sem. iur., semel. Semin. Germanic. semel.	Morb. mulier., semel. Pharmacolog., quater. Histor. medic., semel. Histolog., ter. Sit. viscer., bis. Aciurg., quinquiens.	Secur. publ. conserv., semel. Exerc. archaeol., semel. Colloqu. de reb. chemic., bis. Bot. gener., bis. Exerc. botan., bis. Physic. terr., ter. Op. galvanopl., semel. Physic. meteorol., bis.
V.		Conv. Pand. I semel. Conv. Pand. II semel. Conv. iur. German. semel. Conv. process. crim. semel.	Curs. physiol., bis. Chirurg. special., quater. Morb. genital., semel. Osteol. syndesmol., sem. Hygien. publ., bis. Curs. hygienic., ter. Morb. laryng., bis.	Exerc. de philos. Kant., semel. Vers. Got. evang. Marc., semel. Wolfr. Parcival, semel. Plant. select., semel. Bot. gener., ter. Lotii analys., semel. De plant. medicin., semel.
VI.	Exercitatt. seminarii theol. ad hist. eccl. pertin., semel. Exercitatt. seminarii theol. ad interpr. V. T. pertin., semel. Exercitatt. seminarii theol. ad interpr. N. T pertin., semel. Exercitatt. seminarii theol. ad theol. dogm., semel. Exercitatt. homileticae, semel. Exercitatt., proseminarii interpr. V. T. spect., semel.		Curs. physiol., bis. Diagnostic. physic., bis. Disput. chirurg., semel. Pathol. therap. spec., ter.	Exerc. philosoph., semel. Vers. Got. evang. Marc., semel. Wolfr. Parcival, semel. Exercit. ad hist. Rom. et Graec. spect., semel. Exercit. philosoph., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VI.	Exercitatt. interpret N. T. spect. semel. Exercitatt., archaeolog. semel.			
VII.	Eadem scholae.			Exerc. ad hist. Graec. et Rom. spect., semel. Exercit. philosoph., semel.
Hor. def.		Constit. Europ. semel. Seminar. Romanum Seminar. process. civ.	Exercitt. phsyiol., sexiens. Exercitt. pharmacol., sexiens. Cap. anat. sel., semel. Section. cadav., bis. Psychiat. forens., semel. Anat. audit. org., semel.	Hymni Rigvedae, bis. De selectis quibusd. chem. loc., semel. Prax. chem. Exerc. Aristotel., bis. De artib. ear. hist., semel. Hist. artis, ter. Exercit. zootom., ter. De lapidib. qui coelo decid., semel. Prax. physic. De aqua ad valet. cur chem. examin., semel. Chem. physiol., ter. Exercit. geograph. Exercit. Theot., semel. Nibelung., ter. De Lessing. vita et script., bis. Histor. litt. oecon. polit., bis. Relig. Muhammad. semel. Lingu. Syriac., ter. Lingu. Arabic., bis. Script. Arab. et Syriac., semel. Exercit. ad lingu. Francic. spect., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
Hor. def.				Cap. sel. syntax. histor. Francog., ter. Res a. MDCCCLXVI a Germ. gest., bis. Histor. Borusso-Brandeb. usque ad morb. Magn. Elect., quater. Hist. litt. Anglic. saec. XIX, bis. Elem. lingu. Anglic., bis. Doctrin. art. mus., bis. De cantu ecclesicas., bis. Theor. music. pars prior., bis. Ars delineandi, bis. Ars ossa, muscul. proiciendi, bis. Exercit. gymnic. Ars radibus batuendi.